

TRANÉR, JOHAN VINDICIAN, KORINNA

**Corinna poëtria graeca. Upsaliae excudebant
academiae typographi 1827.**

Uppsala
1827

EOD – Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 10 europeiska länder!



Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400- till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
- Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
- Skriv ut enstaka sidor eller hela boken.
- *Sök:* Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
- *Klipp & klistra:* Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).

Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkoren på svenska: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/sv/agb.html>

Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 30 bibliotek från 12 europeiska länder denna service.

Mer information finns tillgängliga via <http://books2ebooks.eu> alla boken.

- <http://search.books2ebooks.eu/>

CORINNA


Klar. f. f. f.
L. f. f. f. f. f.

(B. f. f.)

1700-1829

EX 3





Ex. B

Lu. Savin.
Klass. 1827
Lynde.
(P. 1)
1700-1829

CORINNA
POËTRIA GRAECA.
DISSERTATIO,

QUAM

VENIA AMPL. FACULT. PHILOS. UPSALIENS.

PRÆSIDE

MAG. JOHANNÉ TRANÉR,
PROFESSORE REGIO,
LEGATARIO BARCHÆANO,

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

PETRUS AUGUSTUS WASSRIN
OSTROGOTHUS.

IN AUDITORIO GUST. DIE XVIII APRIL. MDCCCXXVII.

H. P. M. S.

UPSALIÆ,
EXCUDEBANT REGIÆ ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.



Ex. A i. Carmina, Novem Gædicarum
poëtridarum. 1827.

COPIED

1850

1850

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1850

MICHAEL J. H. H. H. H. H.

1850

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1850

MICHAEL J. H. H. H. H.

1850

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1850

COPIED

THE UNIVERSITY OF CHICAGO



CORINNA

POËTRIA GRAECA

UPSALIAE

Excudebant Academiae Typographi 1827.

CÖRINNA.

Vixit per totum quondam orbem celeberrima, quam ingenii et venustatis gratia pariter conspicuam fecerat, poëtria, perennaturo in aeternum nomine CORINNA. Vixit, quæ vel *Thebas* vel *Tanagram*, utramque Boeotiae urbem, agnoverit natalem, *Achelodori* et *Procratiae* filia, *Myrtidis* poëtriae discipula, quam circa Olymp. LXIX, vel quingenos ante natum CHRISTUM annos floruisse autumat SCHNEJDER, PINDARO, quem Olymp. LXV in lucem editum adseverat SUIDAS, aetate quidem coevam, sed paullo superiorem 1). Duas ejusdem praeterea nominis alias, quas poëseos pariter nobilitavit studium, idem SUIDAS enumerat feminas: CORINNAM *Thebianam* sive *Corinthiam*, et CORINNAM *Thebanam* juniorem 2).

1) Cfr SUIDAM in voce Πίνδαρος, item FABRICII *Bibliothecam Graecam*, T. VII. pag. 578.

2) SUIDAS in voce Κόριννα ita habet: Κόριννα, Ἀχελωδάρου καὶ Προκρατίας, Θηβαία ἢ Ταναγραία, μαθήτρια Μυρτίδος, ἐπωνόμαστο Μυῖα, Λυρική. Ἐνίκησε πεντάκις, ὡς λόγος, Πίνδαρον. Ἐγράψε βιβλία πέντε, καὶ Ἐπιγράμματα, καὶ Νόμους λυρικούς.

PINDARŌ, condiscipulo suo et populari, inito quinquies certamine, si AELIANI 3), SUIDAE et PAUSANIAE dictis fidem habes, positum quinquies praeripuit victoriae praemium,

Κόριννα Θεσβία, λυρική· οἱ δὲ Κορινθίαν εἰρήκασι. Ἐγραψε Νόμους λυρικοὺς.

Κόριννα, νεωτέρη, Θεσβία λυρική· ἢ καὶ Μῦσα κληθεῖσα. i. e. *Corinna, Achelodori et Procratae filia, Thebana vel Tanagraea, Myrtidis discipula. Μῦσα cognominata: Lyrica. Quinquies, ut ferunt, Pindarum vicit. Scripsit Carminum libros V, i. temque Epigrammata et Cantica Lyrica.*

Corinna Thesbia Lyrica: quum Corinthiam fuisse dixerunt. Scripsit cantus lyricos.

Corinna Junior, Thebana, Lyrica: quae et Μῦσα vocata fuit. Observandum h. l. Μῦσαν, *Muscam*, nominatam esse Corinnam, ob stili sui, ut credunt, tenuitatem, gratae simplicitatis arcana arguentem. Unde de *Corinna* nostra STATII *Sylv. V. 3.* praedicat "*Tenuis arcana Corinnae.*" Ex his tribus, quas numerat SUIDAS, *Corinnis*, non nisi unam, cujus dubia fuerit patria, constituit *Tanaquil Faber* in *abregée de la vie des Poetes Grecs.*

5) Πηδαγος, ὁ ποιητὴς, ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς, ἠττήθη Κορίννης πεντάκις. Ελέγχων δέ

generosa mulier, non sinceris poëseos virtutibus, ut sugillant
aemuli, sed obliquis judicantium studiis palmata. Scilicet

τὴν ἀμουσίαι ἀντῶν ὁ πίνδαρος, σὺν ἐκάλει τὴν Κό-
ρωναν. i. e. PINDARUS poëta, Thebis certans, quum in im-
peritos incidisset auditores, superatus est a Corinna quinquies.
Redarguens vero ruditatem eorum, Pindarus suam vocavit Co-
rinnam. Aeliani Hist. variae XIII, 25. In voce σὺν,
suam, adludi videtur ad Boeoticorum, quos pingvioris in-
genii incolae taxavit prisca injuria, ἀρχαῖον ἔνειδος Βοιωτῶν
ἔν, ut indicat in *Olymp. Od. 6* ipse PINDARUS. Indicat
idem Galenus in *Protreptico ad artes*: Σύας Βοιωτῶν ἔθνος
ἔεπεον i. e. porcos Boeotiae populos vocitarunt. Cfr. WOLF.
De cetero, ne credas cultissimum Lyricorum haec verba, pro
nostris moribus insulssima, impotentis animi iracundia con-
tumeliosoque in sollertissimam popularem convitio evo-
muisse. Est, ni fallor, innocuus facillimusque cerebrosi
vatis sensus. Virgineam paullo indignatus, quam ipse pe-
tierat, palmam, *porculam* vocat, solita Bocoticae gentis com-
pellatione, palmae reportatricem. Nimirum cum se ipsum
per altos nubium tractus volantem, ubivis vocat aquilam,
quæ ceteros alites poetasve despicit, in terreno pulvere re-
pentes, tenuem in affectatae simplicitatis pusam ἔν, quæ
terram, nullo ad æthera saltu adspectuve, solam despectat,
citra ullius ferme offensionem nuncupat.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Scilicet sartam integramque hanc victoriae gloriam non passa est, quae carpendo carpitur, transversa tuens, invidia, indignata sublimioris ingenii virum a femina vinci. Miraris profecto, quum muliebri sexui, si vel nullam aut formae aut artis gratiam praeferat, vulgo adblandiri siveit masculus, suos ipsi obrusurus palpos, fuisse, qui eo vecordiae injuriaeque processerint, ut laudem, decernentium suffragiis victrici sollertiae debitam, inurbanus ipsi aduiverint. Certe dicitur PAUSANIAS, 4)

4) Κορίνθια, ἡ μόνη ἐν Ταναγραῖα ἄσματα ἐποίησε, ἐστὶ μὲν μνᾶμα ἐν περιφαιεὶ τῆς πέλειος ἐστὶ δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ γραφῆς ταυινία τὴν κεφαλὴν ἢ Κόρινθα ἀναδομένη τῆς νίκης ἕνεκα, ἣ Πίνδαρον ἄσματι ἐνίκησεν ἐν Θήβαις. Φαίνεται δὲ ἐμοὶ νικῆσαι διαλέκτου τε ἕνεκα, ὅτι ἦδεν οὐ τῇ Φωνῇ τῇ Δωρίδι, ὥσπερ ὁ Πίνδαρος, ἀλλὰ, ὅσαίτις σιγήσειν ἔμελλον Ἀιολεῖς· καὶ ὅτι ἦν γυναικῶν τότε ἡδὴ καλλίστη τὸ εἶδος, εἰ τις ἐτι εἰκόνι δεῖ τεκμαίρεσθαι. i. e. Corinnæ, quae sola apud Tanagraos cantica fecit, in celebri urbis loco est monumentum: in gymnasio ipsa picta est, taeniâ capite redimita: victoriae illud insigne, quod Pindarum Thebis carmine vicit. Vicisse eam arbitror dialecti causa: neque enim Doricâ ut Pindarus cecinit, sed eâ, quam essent Aeolicenses facile percepturi. Corinnam fuisse sui temporis feminarum venustissimam non est

multique PAUSANIAM secuti, insuperabilem PINDARI in modulando granditatem demirati, esse imperitorum cupidorumve judicium censurae tribuendum, quem obtinuit ipsa, Aoniae palaestrae principatum, eamque non ingenii sui artificio, sed potius formae corrupticis incantamento linguaeque suae, quae fuit Aeolica, Aeolibusque acceptior existimatoribus, dialecto, usurpante PINDARO, quam ipsi fastidierint, Doricam, discessisse superiorem. Victum a CORINNA PINDARUM vel ex eo colliges, quod justam aliquando agnoverit, agnitamque in usum suum poëta verterit poetriae informationem. Videlicet PINDARUM, adhuc juvenem, necdum subacto satis repurgatoque judicio, poeticae venae aut aliquatenus inscium, aut usui inexercitatum, unde ab adultiori aemulae virtutis muliercula facile superari potuerit, qui junior concertavit, increpuisse fertur CORINNA, quod λογίῳτι σοβαρῶς χρώμενος, musicaeve artis immemor, poëticas neglexerit rerum fictiones, sequipedalium tantummodo venatus verborum sonitum modorumque gravitatem. Quo doctus monitu carmen ille contexit mira fabularum prodigioforumque nominum congerie a deo abnorme et quasi vertiginosum, ut juvenilem temperatura aestium CORINNA, lecto carmine, hortata edixerit "manu seren-

difficile ex ipsius imagine conspicere. Cfr Boeot. L. IX, c. 22.

dum, non sacco" §). Ceterum, si a scriptorum, quae exstant, testimoniis discesseris, diviniorem in Vatis Thebanae

§) PLUTARCHUS *de gloria Atheniensium de hac re ita tradit*: Ἡ Κόρινθα τὸν Πίνδαρον ἔντα νέον ἔτι καὶ τῇ λογιότητι σοβαρῶς χρώμενον ἐνουθέτησεν, ὡς ἄμουσον ὄντα καὶ μὴ ποιῶντα μύθους, ὃ τῆς ποιητικῆς ἔργον εἶναι συμβέβηκε. Γλωσσαι δὲ καὶ καταχρήσεις καὶ μεταφράσεις καὶ μέλη καὶ ῥυθμοὶ ἠδύσματα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται. Σφόδρα οὖν ὁ Πίνδαρος ἐπιστήσας τοῖς λεγομένοις ἐποίησεν ἐκεῖνο τὸ μέλος·

Ἴσμηνὸν ἢ χρυσηλάκατον Μελίαν,

ἢ Κάδμον, ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος,

ἢ τὰν χρυσάμπυκα Θήβαν,

ἢ τὸ πάντολμον σθένος Ἡρακλέος,

ἢ τὰν Διούσου πολυγάθεα τιμὰν

ἢ γάμον λευκάλενου Ἀρμονίας κελαδήσομεν.

Δειξαμένῳ δὲ τῇ Κορίνθῃ, γελάσασα ἐκείνη τῇ χειρὶ δεῖν, ἔφη, σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὄλα τῷ θυλάκῳ. Τῷ γὰρ ὄντι συγκεράσας καὶ συμφορήσας πανσπειριμίαν τινὰ μύθων ὁ Πίνδαρος εἰς τὸ μέλος ἐξέχευ. i. e. CORINNA PINDARUM, juvenem adhuc et audacius eloquentia utentem, monuit, esse eum artis musicae rudem, quod nullas fabulas scriptis insereret, quod poëtae esset officium. Elocutiones autem, figurae, ornatae interpretationes, cantilenae et carminum modi rebus propositis suavita-

praecordiis spiritum non silebit celebratissimus per Graeciam
 Statuae CORINNIANAE artifex, idem ille, qui SAPPHUS imagi-
 nem immortalitati posterorumque admirationi reliquerat, latu-
 rus aetates, SILANION 6). Doleas igitur, quisquis es, pulcri
 studiosior arbiter, eorum, quae scripsisse traditur CORINNA,
 puta Ἐπῶν libros v, Νόμους λυρικοῦς sive Ἄσματα,
cantica Lyrica, Ἐπιγράμματα, et Ἐτεροίων, *Metamor-*
phoseon librum, nihil nisi paucissimos superesse versiculos. Ad-
 pellatione Thebanae *Corinnae*, quippe quam, in pulcri exem-
 plum iuram, ut ingenii virtutibus, ita formositatis svavitati-

tem conciliant. Haec admonitioni PINDARUS cum animum perat-
tente advertisset, carmen scripsit cujus est initium:

Ismenunne, an, aureis utentem fuis, Meliam,
An Cadmum, an Spartorum sacram stirpem,
An, aurea gestantes capitis reticula, Thebas,
An, omnia patientem, Herculis vim,
An Bacchi, multum laetitiae adferentem, gloriam,
An nuptias, niveos habentis lacertos, Harmoniae celebrabimus.

Cumque id Corinnae exhibuisset, ridens ea, "manu, inquit,
serendum est, non toto sacco." Vere enim congesta omnis ge-
neris fabularum semina promiscue in istam Oden PINDARUS
effudit.

6) Κορίννης δημιουργός ἐστὶ Σιλανίων. TATIANUS ad Graecos.

bus praecellentem amaverat, amicam suam OVIDIUS 7) celebrat, nec vero nomine dictam. Ut enim nobis, sic MARONI,

Gratior est virtus, veniens e corpore pulcro.

CORINNAE versiculi

Πρὸς Ἑταίραν.

ARGUMENTUM.

FIDISSIMO amicitiae sensu permota, felicem per Oceani undas cursum sociae suae, nescio cui, marinum jamjam instituturae iter, adprecatur CORINNA, quae blandis votis invocat Pompilum, sacrum benignumque navigantibus piscam, rogans, ut pontigradam et carinam et amicam ad portum comes deducat optatum:

Πομπίλε, νάυτησιν πέμπων πλόον εὐπλοον ἰχθύς,

Πομπεύσης πρύμναθεν ἐμῶν ἀδείων ἑταίραν.

Pompilos, helige fisk, som gynnande segling åt seglarn

Bringar, o följ vid stäfsven, och led min ljusva väninna.

7) Cfr *Trist. Lib. iv Elegiam x*, quam si decies animo repetas, nisi plumbeus es, decies repetita placebit. Hanc interea habe de Corinna Romana laudem:

Moverat ingenium, totam cantata per urbem,

Nemine non vero dicta Corinna mihi. v. 59.

IN CORINNAE Πρὸς Ἑταίρων ποῦματιον:

Servavit nobis τούτο ποιημάτιον ATHENAEUS L. VII in his verbis. Κόριννα, ἣ ὁ πεποικῶς τὸ εἰς αὐτὴν ἀναφερόμενον ποιημάτιον. Πομπίλε νάυτησι κ. λ. i. e. *Corinna, vel is, qui opusculum condidit versibus scriptum, quod Corinnae tribuunt, (canit):* "Pompile etc. — Πομπίλος, *Pompilus*, qui nomen παρὰ τῆς πομπῆς, a *transvectione*, deductum habere videtur a SCHNEIDER dicitur esse LINNAEI *gasterosteus ductor*: idem fortasse, qui a Cel. OKEN, cujus *Lehrbuch der Zoologie* sub nostris est manibus, describitur: *Pompilus, Salius, Psammochares Cryptocheilus, Aporus*, praeterea *annulatus, octopunctatus*, cet. Plura doctibus Zoologicae scientiae magistris, nobis indicasse sufficiet, *Pompilos*, altum mare incolentes, hominum, aequae ac Delphini, quibus praeterea sunt inimicissimi, adeo esse amantes, ut ad naves se conferant, variisque navigaturos delectent lusibus, ad continentem comitati terram, cujus cum litus propius accesserint classiarum, mox in altum reversi nautas tacite admonent, adesse minaces, quos caveant, telluris, nocte abditae, scopulos. *Pompilus* olim dicitur fuisse vel πορθημεύς vel θαλασσοεργός, quem, cum puellae cujusdam amore teneretur Apollo, complexu jungi avens, haec ipsa, fugiens, et timida oberrans, precibus obsecravit, ut se trajiceret. Is quidem paruit; Apollo autem, nympham rapiens, navem in lapidem; *Pompilum* in piscem convertit. Cfr AELIANUM περὶ Ζώων.

xv. 23. Si aliam poematis Corinniani versionem inavis,
hanc tibi proponimus:

*Pompilos, du, som seglaren ger vålgynnande segling,
Helige fisk, min ålskliga vän med skeppet ledsaga.*

Nimirum κατ' ἐξοχὴν Pompilus dictus est sacer piscis. Nosces
hoc ex ATHENAEO, ubi Pancrates canit:

Πομπίλος, ὃν καλέουσι ἀλίπλοοι ἱερὸν ἰχθύϊν i. e.
Pompilos kallas utaf sjöfarande helige fisken.

Bellis verbis πλόον ἔυπλοον respondet vulgarior ἔυπλοίη, quale
est JULIANI AEGYPTII, ubi naufragus quidam, velut Hora-
tianus *Archytas*, nautis, qui corpus ex undis excerptum hu-
maverant, gratias agit, ἔυπλοίην adprecatus, et, si perierint,
sepulturae beneficium:

Πλώεις ναυηγὸν μὲ λαβὼν καὶ σήματι χάσας;

Πλώε Μαλειάων ἄκρα φυλασσόμενος.

Ἄσει δ' ἔυπλοίην μεθέποις, φίλος ἦν δὲ τε βέξῃ

Ἄλλο Τύχη, τοίων ἀντιάσαι χαρίτων. T. III. p. 207.

Seglar du, sedan du mig skeppsbruten antvardat åt grafven?

Segla då gerna, men skygg, vik för Maleias försåt.

Stådsse, min vän, gör lycklig seglats! Men ordnar dig Lyckan

Annat, o hånde dig då samma begångelses gunst.

Hoc Corinnae poematum ante oculos habuisse videtur, qui
abiturae *Galateae προπεμπτικὸν* et πλόον ἔυπλοον amica mente
vovet, HORATIUS *Lib. III. Od. 27.*

Soli sunt hi, quos excepit SCHNEIDER e diti CORINNAE penu, versiculi, quos *εις Ἐταίρων* inscripsit. Supersunt quidem lineae aliquot apud HEPHAESTIONEM sparsae; sed fractae et ferme inexplicabiles. Adest Hexameter:

Ἡ διακειῶς εὐδεις, οὐ μὲν πάρος ἦσθα Κόριννα i. e.

Du som sofver omsyss, du var ej tillförne Corinna.

Quo haec vinculo cohaereant, quove spectent, non interpretor. Planiora sunt CORINNAE de se ipsa et Tanagra Thebisve verba:

Μέγα δ' ἐμὴ γέγαθε πόλις, *Sig mycket fågnat har min hemstad*

Διγυροχωτίλης ἐνοπῆς. *Åt klangen af min sångarstamma.*


Quae quidem verba in ὁμοιοτελεύτων formam redacta, ita, si lubet, vertas:


Vid min ton, min klang, min låga,

I de sånger, dem jag quad,

Smålog staden, stolt och glad

Af sin dotters sångförmåga.





www.books2ebooks.eu